

scio & alia uolantia quae xpi uiuunt haec sunt animae quae secundum hoc
quidem quadrationaliter sunt & in buta liberalibus institutis uel rationalibus
disciplinis uolantia uidentur. legunt enim & requirunt uel de ratione caeli. uel
quomodo mundus diuina providentia gubernetur. secundum haec ergo uolantia no-
minantur. Si uero huiusmodi homines iniqui agant contra legem faciant. diripi-
ant proximos. & cum in uerbis esse uideantur eruditi & caelestis in actibus carnalia
& mortua opera gerunt. recte uultores uel aquilae dicendi sunt quae de excel-
sis ad carnes mortuas & faeculas dilabuntur. ad hoc referenda dilabuntur ad
hoc referenda est & accipitris rapacitas. & ceterorum omnium ex quibus quae-
dam quidem sunt uolantia rapacitatis studentia. quaedam uero non tam rapa-
cia quam obscuritatis & tenebras. **A**mantia. Omnis enim qui male agit oditu-
cem & non uenit ad lucem ut sunt noctuae & uesperaliones & cetera quae lex
pronuntiauit inmundis a quibus omnibus spiritualis obseruantia custodientes
& cibum & mundis animalibus adpetentes & iam ipsi puri efficiemur & mundi.
per xpm dnm nostrum per quem est dō patri cum spū scō gloria & imperium in sae-
cula saeculorum amen. **EXPLICIT OUELIA SEPTIMA.**

INCIPIT OUELIA OCTAUA

De eo quod scriptum est. mulier quaecumque concoeperit semen & peperit masculu-
m in munda erit septem diebus. & de diuersitatibus lepra & purificationibus leprosi
Oedicum dicit in scripturis diuinis dnm nostrum ihm xpm. & iam ipse dñs senten-
tia perdocemur. sicut dicit in euangelis. non indigent sani medico. sed qui male
habent. non ueni iustos uocare. sed peccatores in penitentiam. omnis autē medicus
ex herbarum siccis uel arborum. uel etiam metallorum uenis aut animalium na-
turis profutura corporibus. medicamenta componunt. Sed herbas istas si forte
quis antequam proratione artis componantur aspiciat siquidem in agris aut mon-
tibus uelut faenum uile conculeat & preterit. si uero eas in traiectione solan-
dis positas per ordinem uiderit licet odorem tristem forte & austerum red-
dant. tamen suspicabitur eas curas uel remediū aliquid continere. & iam si non
dum uel qualis sit in eis demum sanantibus ac remediū uirtus agnouerit. haec de omni-
nibus medicis diximus. uenit nunc ad ihm caelestem medicum in traiectione